



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCLVII. Peter Bode versichert eine jährliche Rentenzahlung an das Domcapitel für den Besitz der Pfarre zu Lubas, am 9. Febr. 1358.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

et ratas, grata et rata habemus et tenemus ac tenore presentium nostra auctoritate ordinaria approbamus et in dei nomine confirmamus. Et ad majorem cautelam dictorum prepositi et capituli ac evidentiam, fidem, auctoritatem et perpetuam firmitatem totum ipsarum litterarum tenorem de verbo ad verbum ex certa scientia presentibus duximus inferendum, qui talis est: Lodewicus etc. (vgl. No. CCIV. vom Jahre 1329). In evidens testimonium omnium et singulorum premissorum presens scriptum nostri sigilli appensione fecimus roborari. Actum et datum Seyefer, anno domini millesimo CCC. LVIII. die Epyphanie domini, presentibus honorabilibus et discretis viris Henrico Hafelberge in Teltow et Johanne in Buco ac Cristiano in Clostervelde, nostre dyocesis plebanis ac Ebelino Bardeleven ac Gerekinio Kothen, famulis, aliisque fide dignis.

Nach dem Originale.

CCLVII. Peter Bode versichert eine jährliche Rentenzahlung an das Domcapitel für den Besitz der Pfarre zu Lubas, am 9. Febr. 1358.

Ego Petrus Bodonis ex provisione et institutione honorabilium virorum, dominorum meorum, Thiderici prepositi et capituli ecclesie Brandenburgensis plebanus in Lubas ad ipsos pertinentes eisque ad annuos redditus sex marcarum argenti incorporata, presentibus recognosco, quod dicti domini mei, mihi gratiose facere volentes, eandem ecclesiam mihi annis singulis, quamdiu vixero, ad redditus trium marcarum argenti dimiserunt, quorum medietatem eis in Brandenburg annis singulis in festo beati Martini episcopi et aliam medietatem in festo beate Walpurgis uirginis sponte promitto solvere atque dare, non obstante, quod dominum Johannem, predecessorem meum, quamdiu vixerit, meis tenebo in expensis, cui dicta ecclesia Lubas pro certis redditibus, quos apud eodum dominos habuit, olim fuit assignata. In hujus mee promissionis testimonium etc. Datum Lubas, anno domini M. CCC. LVIII. IX die Februarii.

Nach einer Copie im ältern Copiarlo.

CCLVIII. Markgraf Ludwig der Römer bestätigt die Privilegien des Domcapitels, am 21. März 1358.

Noverint universi, ad quos pervenerit presens scriptum, quod nos, Ludowicus Romanus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio etc. ob pie devotionis affectum, quem ecclesie Brandenburg. gerimus, honorabilem virum prepositum et ejus confratres devotos nobis dilectos, nec non eorum bona in nostram defensionem recepimus specialem, volentes, ecclesiam, eos et eorum bona per nos et nostros officiatos quoscunque tueri fideliter et defendi tanquam propria bona nostra. Quare vobis, universis et singulis officiatis nostris, precipimus nostre gratie sub optentu, ut dictam ecclesiam pretextu nostre gratie, ut premittitur, fideliter nostri nomine defendatis contra quoslibet et ei taliter prestis, quod eam per vos nullatenus in aliquo tallietis nec ab ea nostri nomine quippiam repetatis vel aliquo modo exigatis, et ab aliis malum ipsius machinantibus ipsam ecclesiam in bonis et suis liberta-